rum anno 1510. pro Civitatis ſecuritate cũ multis ædificiis, tùm ſacris, tùm profanis, iuſſu, & decreto Principis, ſolo æquata fuit, ſed anno 1534. in finibus Villæ Vici Aggeris reædificata, in proprio dicti Monaſterij fundo ſub titulo Sanctor. Hieronymi, & Bernardi.

CXXX.

1452. Domus Sancti Salvatoris apud Villam Francham, ultra flumen ſita, Diœceſis Ruthenenſis, à Domino Veſiano Valeta per teſtamentum decreta anno 1450. cõſtrui cæpit de ipſius bonis anno 1452. atque à Domna Catharina Garniere eius conſorte bonis fuit inſtructa. Vide Sammarthanos in Gallia Chriſtiana. *Tomo 3. fol. 736. num. 51.* *Aquitaniæ.*

CXXXI.

1454. Domus Horti Beatæ Mariæ in Illimbach, in Frãconia, & Diœceſi Herbipolenſi, iuxta nemus *Almaniæ inferioris.*

Steiger Vvalt dictũ, ſpatio unius milliarij ab oppido Briſtat ad occaſum ſito. Fuit olim arx, a Nobili Balthazaro de Faer anno 1454. ordini oblata, & ſequenti incorporata. Huic Cartuſiæ fuit unita ad tempus domus Novæ-Cellæ in Grunavo ex eadem Provincia, ut ſupra dictum eſt.

CXXXII.

Teutoniæ. Domus Bruxellarum, ſive noſtræ Dominæ de Gratia, in Brabantia, ab inſigni pietate Civiũ Bruxellentium initium, & progreſſum accepit, in loco Scheni prope Vrbem anno 1455. Per Civilia bella anno 1578. funditùs everſa, poſt octo annos, pace regioni redditã, in Vrbem tranſlata, ex deſtructæ ruderibus reſtituta eſt. Vide Aubertum Miræum in Catalogo domorum Ordinis noſtri, *fol. 31.* 1455.

CXXXIII.

Alemaniæ inferioris. Domus Sancti Laurentij in Ie- 1461.